

LECTIONES AESTIVAS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
FAVENTE DEO SVSCIPIENDAS.

RECTOR  
IO. HERMANNVS  
BENNER

D. ET P. THEOL. O. AC PAEDAGOGIARCHA

TOTVSQVE SENATVS

INDICIT

CIVES GENEROSOS AC NOBILISSIMOS  
AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS

PERAMANTER INVITANS

D. XXIV. MARTII ANNO MDCCXLII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

GISSAE, TYPIS EBKH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYP.

( ) 2 ( )

*In Facultate Theologica*

## D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

*SS. Th. P. P. O. Superintendens, Consistorialis & Stip. Princip. Eph.*

*P*ublice, lectionibus de inquis Novatorum opinionibus & controversiis, nuper finitis, Historiam Eccles. V. T. ad du-  
ctum B. SCHMIDII, aut ven. D. LANGII propediem hor. XI.  
XII. resumet. *Privatim* regulis exegeticis, maximam par-  
tem explicatis, & generatim illustratis, nunc textus specialio-  
res ad Loc. Theol. seriem collectos, resoluet, & ad forman-  
das conciones disponet, easque publice habendas ipse, quan-  
tum negotia alia permittent, auscultabit. Denique D. BVD.  
DEI, aut beate defuncti D. RAMBACHII Theologiam mo-  
ralem desiderantibus explicabit casibusque variis illustrabit.

## D. REINH. HENR. ROLLIUS,

*Theol. Prof. Ordin. Confisi. Princip. Assessor, & distr. Alsfeld.*

*Superint. Fac. Theol. b. t. Decanus:*

*I*N lectionibus publicis, *exāmini novae versionis Zinzendorfia-*  
*næ* semestri præterlapso impensis hora IX. strenue perget,  
illisque ad finem perductis, *historiam dogmatum sacrorum*, jux-  
ta seriem capitum Theologiæ dogmaticæ, ex instituto pro-  
pinabit. Hora vero IV. pomerid. *exercitium disputatorium* in  
*b. Fechtii Syllogen* controversiarum diebus Mercurii & Jovis  
continuabit. *Privatim* hora VII. *scholas aperiet homileticas*  
ad *b. Rambachii* nostri Institutiones publice impressas, in illis  
ita verfaturus, ut præceptis, quanta fieri poterit, breuitate  
explicatis, ad praxin progrediatur, variosque textus sacros  
rite disponere, dispositos elaborare, elaboratosque appli-  
care doceat, quæque in ipsa tandem actione obseruanda  
sint, censura, habendis in templo **concionibus apposita, com-**  
**monstret.**

IO.

# IO. HERMANNVS BENNER

*SS. Theol. D. & P. O. ac Paedagogiarcha.*

**P**ublicis curis rem *exegeticam* & *homileticam* adiuuare studebit, inde progressurus, vbi proxime ante ferias finiuit. *Priuatim* theologiam *dogmaticam* nuper confectam, de integro contexet. *Polemicam*, disputando, vel priuatim, sicut hucusque, vel publice, si libuerit, exercebit. De ceteris rogatus, quantum potest offeret.

# ERN. FRIEDER. NEVBAVER,

*SS. Theol. D. eiusque P. P. extraord.*

**P**Ublice, Deo volente, eam *bist. eccl. N. T.* partem docebit, quae omnium maxime videtur esse necessaria & utilis, nonnam scilicet *trium recentissimorum saeculorum*, incipiendo a *reformatione b. LVTHERI*, indeque ad *nostra usque tempora* pergendo. Quinque paupertati multorum consulere debet, nulli compendio ita se adstringet, ut, qui illo careat, collegium frequentare non possit. Praecipue tamen dum sequetur *Ill. Tubingensium cancellarii, PFAFFII*, ut pote cuius compendium rerum dicendarum copia reliqua omnia post se relinquunt: nisi alii ven. *LANGIVM*, ordine concinore utentem, maluerint. *Priuatim* eas sanctioris disciplinae partes tradet, quae desideratae fuerint, siue *dogmaticam*, siue *moram*, siue *polemicam*, siue *hermeneuticam*, siue denique *exegeticam* ad unum alterumque *N. aut V. Foederis librum*. Ad *disputationes* quoque habendas, siue in *hermeneuticam sacram RAMBACHIANAM*, siue in compendium aliquod *theologie theticae*, siue & in selectas materias, paratus.

*In Facultate Juridica.***D. JO. FRIED. KAYSER,***Jur. utriusque D. & P. P. O.*

**C**ollegium Juris Canonici praeterlapso semestri cœptum sedulo continuabit & hac aestate ad finem perducere contendet. Nec deerit in aliis Jurisprudentiae partibus operam suam pro desiderio Dn. Dn. Comilitonum impendere.

**D. JO. FRIED. WAHL,***P. P. ordin.*

**P**ublice, absolutis institutionibus, ad pandectas progredierunt; quoniam vero viam discendi Jura sine sumptibus & libris, sineque laboris taedio, vel temporis impendio, quasi per infundibulum, tam ingenire facile nondum licuit, quam multi eam exoptant, pælectiones suas ad ductum *Compendii SCHÜZIO-LAVTERBACHIANI* instituet easque intra anni spatium ad finem perducet. Priuatissimas quoque lectiones coepias continuabit sedulo, nec iis defuturus, qui privatim vel priuatissime, in quacunque alia legitimae scientiae parte, manuductione opus habent, ut tamen meminerint, *ex puris negativis*, secundum regulam Logicorum, nihil sequi.

**D. HENRICVS CHRISTIANVS  
SENCKENBERG,**

*Serenissimi in Regimine, vt & diuersorum Principum ac Statuum Consiliarius ac Prof. Publ. Ord.*

**C**onscribet Commentarios Systematicos de Jure Uniuerso, eosque priuatissime non nullis Selectis Auditoribus tradet, pecunie-

riculum facturus, totius Juris omniumue eius partium, legitimo ordine coniungendarum. Publice *Jus Feudale* ductu Compendii sui explicabit, ab hora XI. ad XII. In cunctis vero reliquis, honoratissimorum Dominorum Commilitonum desideriis morem geret, siue ad *Instituta* siue ad *Pandectas*, siue ad *Jura Publica* curas suas euocent, siue etiam *Praxeos Forensis* desiderio capiantur.

## ERN. CHRISTOPH. ARNOLDI,

*J. U. L. P. P. Extraord. & Facultatis Jurid. Assessor.*

Publicis recitationibus per instans semestre aestivum B. C. D. Struvii Jurisprudentiam Romano-Germanico-Forensem hora IX. matutina interpretabitur. Privatim Pandectas Lauterbachii, Institutiones Justiniani, *Jus Feudale* & *Publicum* docebit. Aperiet quoque nouum collegium elaboratorio-practicum in Stryckii introductionem ad praxin forensem, ac selectioribus ingenii exercitia disputatoria praebebit.

---

### *In Facultate Medica.*

## D. JO. CASIM. HERTIVS, P.P.O.

Publicas horas pro temporis muneris que sui ratione, demonstrationibus botanicis impeendet. Privatim vero lectionibus & exercitiis anatomicis vacabit Heisteriani de nro in iis Compendii ductum secuturus

## LVD. HENR. LEO HILCHEN,

*Med. D. & P. P. O.*

IN collegiis, institutionali & pratico, quae superiori semestri inchoauit, DEO vitam viresque clementissime concedente, impigre perget. Publice doctrinam de renunciatione vulnerum pertractabit.

D.

● ● ● ●

---

## D. GERARDVS TABOR, P.P.O.

**Q**uantum per aulica licuerit negotia, non deerit, omni opera & studio Philiatrorum commoda promouere.

## *In Facultate Philosophica* CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

*Hist. & Philos. Prof. primar. ac Bibliothecar. Acad.*

**C**Vpietibus Cursum Studii Historici vniuersi breui tempore absoluere, noua ratione satisfacere constituit, non admittendis tamen ad Collegium, nisi Auditoribus diligenteribus & gratis; quibus hunc in finem commendabit libros Gallicos, *Vallemontii de Elementis Historicis*, & *Lengleti du Fresnoy de Methodo studii Historicorum*; ex quibus potiora Latine vel Germanice proponet, & pro ipsorum captu explicabit. Paratus praeterea ad resumendum pro more Collegium Historiae vniuersalis ductu Cellarii, Collegium Historiae particularis ductu Pufendorfii, & Collegium Historiae Germanicae ductu Struuii.

## IAC. FRID. MULLER, P.P.

**P**Raelectiones, quas praeterito semestri audiuerunt pauci, sed quos multis praeferit, impigre Deo praefide continuabit. Ontologiam & Psychologiam Wolffianam alia hora excutiet, utriusque simul disciplinæ tutiora principia traditurus: non avidus mercedis, sed industrix, sed rectæ Auditorum intentioni eam acceptam latus.

## IOH. LUDOVICVS ALEFELD,

*Philos. naturalis Prof. ordin.*

**A**D partem Physices posteriorem in scholis publicis delatus speciali corporum mundanorum contemplationem aggredietur, eamque per instans semestre aestiuum ad finem per-

perducere allaborabit. Cumque opportune nobis iam illuminerit cometes, phaenomenon, cuius consideratio ad hunc philosophiae naturalis locum pertinet: fusius aliquanto de natura cometarum aget. *Lectiones priuatas* per tempus aliquod interruptas sedulo continuabit, nouasque pro desiderio Dn. Commilitonum aperiens non detrectabit.

## D. ERNEST. FRID. NEVBAVER,

*Antiqq. nec non Gr. & orientalium lingg. P. P. O.*

Praelectionibus publicis libros apocryphos, quos in bibliis nostris vernaculis habemus, ex fonte graeco, b. c. Deo interpretabitur, incepturnus ab eorum praestantissimis, sapientia Salomonis & Siracidis libello. Priuatim perget in N. Z. graeco, cursoria lectione perlegendo, & absoluta per Dei gratiam superiore semestri parte priore, quatuor scil. euangelistis: aestiuo semestri *Actu apostolorum* cum *epistolis* & *apocalypsi* addet, sex per hebdomadam horis huic instituto destinandis, eadem, uti adhuc, methodo in posterum vsurus, vt scil. Dn. Commilitones ipsi graeca exponant & difficiliora Grammatice resoluant: quibus ipse, quae de vocum deriuatione & vera eorum phrasiumque notione & ex ritibus instituenda explicatione scitu digna sunt, adiungeret. Offert etiam hac methodo collegium cursorium ebraicum, quo totus pentateuchus hoc semestri ad finem perduci queat. Docebit quoque vel priuatim, vel priuatisse, grammaticam ebraicam DANZIANAM, nec non linguarum orientalium reliqq. cursum, itemque antiqu. ebraicas, si hac litterae suos inueniant amatores. Deus autem O. M. & docentem, & discentes adiuvet!

## CHRIST. LVDOV. GERSTEN,

*Mathef. P. O. & R. S. Lond. Soc.*

Pvblice in docendo perget, tamque Mathefeos partem explicabit, quam vsui Auditorii maxime conuenientem intelliget.

telliget. Priuatim & priuatissime nemini deerit, qui operam & manuductionem eius efflagitaturus est.

## IO. ERNESTVS HOEPFNER,

*Moral. P. P. O.*

Praelectionibus suis tam publicis, quam priuatissimis, Ius naturale & moralia tractantibus, rite ad Colophonem perductis, propediem Heineccii Ethicam publice praceptis institutisque locupletabit non minus salutaribus quam amoeniss. Puffendorffii quoque libellum de Off. H. & C. commentariis suis denuo illustrabit priuatim. Quumque Serenissimo Patriae Patri placuerit, Professionem quoque Iuris extraordinariam ipsi clementissime conferre, omnem nauabit operam, ut Spartam hanc pro viribus ornet, desiderisque Jurisprudentiae Cultorum, in Collegiis post habitam orationem inauguralem publice significandis, cumulate satisfaciat.

## D.FRANC.IVST.KORTHOLT,

*Elog. utriusque Prof.*

AD finem perductis praelectionibus, quibus hucusque HEINECCII fundamenta stili cultioris, & celeberrimi GOTTSCHEDII *institutiones oratorias* explicauit, denuo laudatum HEINECCII libellum publice explanare incipiet. Cum vero, teste Cicerone, minimum sit de arte loqui, multo maximum ex arte dicere; stilos autem optimus dicendi magister addes collegia oratoria practica, inque iis ita versabitur, ut ingenii & profectus vniuersiusque, qui iustitione sua vti voluerit, rationem habeat. Nuper quoque a Serenissimo Nutrio nostro professor iuris extraord. clementissime constitutus, habita quain primum, vti fas est, oratione inaugurali, lectiones suas iuridicas publice indicabit. In lectionibus priuatissimis sedulo perget.

Praeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandiique, palaestra, Gallicae item & Italicae linguac scholis, per magistros earum artium peritissimos publice constitutos, abunde prospectum est.